

Aurelij augustini episcopi de trinitate
 liber secundus incipit.

Quoniam homines de
 um querunt et ad
 intelligentiam trini-
 tatis pro captu in-
 firmitatis huma-
 ne animum inten-
 dunt. ex parte diffi-
 cultates laborio-
 sas sive in ipsa ac-
 tionis conantes intueri inaccessibile lu-
 cem. sive ipsa multiplex et multimoda
 locutione scripturarum vel litterarum sacra-
 rum. ubi michi non videtur nisi atteri ad-
 ut ipsi gratia glorificata dulcescat. cum
 ad aliquid certum discussa omni ambigui-
 tate pervenerit. facillime debet ignoscere
 errantibus in tanti investigatione secre-
 ti. Sed duo sunt que in errore hominum dif-
 ficillime tolerantur. presumptio priusquam ve-
 ritas pateat. et cum iam patuerit presump-
 te defensio falsitatis. Quibus duobus
 vitiis nimis inimicus inventioni verita-
 tis et tractationi divinarum sanctorum li-
 brorum. si me ut precor et spero. deus de-
 fenderit atque muniverit scuto bone volun-
 tatis sue et gratia misericordie sue. non
 ero segnis ad inquirendam substantiam di-
 sine per scripturam eius. sive per creaturam.
 Que utraque nobis ad hoc proponitur in-
 vena. ut ipse querat. ipse diligatur. que et
 illam inspiravit. et istam creavit. Nec tre-
 pidus ero ad proferendam sententiam mea-
 in qua magis amabo inspicere a rectis. quam
 timebo mordeam a pueris. Gratanter ei
 suscepit oculum columbinum pulcherrima
 et modestissima caritas. dentem autem ca-
 minum vel euitat cautissima humilitas. ut
 recundit solidissima veritas. Magisque
 optabo a quolibet reprehendi. quam sive ab
 errante. sive ab adulante laudari. Nul-
 lus enim reprehensor formidandus est ama-
 tori veritatis. Et enim aut inimicus rep-
 hensus est. aut amicus. Si ergo in-
 micus insultat. ferendus est. Amicus autem

si errat docendus. si docet audiendus.
 laudator vero et errans confirmat erro-
 rem. et adulans illicit in errorem. Emen-
 dabit ergo me iustus in misericordia et
 arguet me. oleum autem peccatoris non im-
 pinguabit caput meum. Jobrem quam
 quam firmissime teneamus de domino nostro ihesu
 christo. et per scripturas disseminatas et a do-
 ctis catholicis eandem scripturarum tra-
 ctatoribus demonstratam tanquam canoni-
 cam regulam. quomodo intelligatur dei fi-
 lius et equalis patri secundum dei formam in
 qua est. et minor patre secundum servi formam
 quam accepit. in qua forma non solum pa-
 tre. sed et spiritu sancto neque hoc tantum. sed
 etiam seipso minor inventus est. non se-
 ipso qui factus. sed seipso qui est. que forma
 servi accepta formam dei non amisit sic-
 ut scripturarum que in superiore libro com-
 memoravimus testimonia docuerunt.
 Sunt tamen quedam in divinis eloquiis ita
 posita ut ambiguum sit ad quam potius re-
 gulam referant. verum ad eam qua intelli-
 gumus minorem filium in assumpta crea-
 tura. an ad eam qua intelligimus. non qui-
 dem minorem. esse filium sed equalem pa-
 tri. tamen ab illo hunc esse deum de deo
 lumen de lumine. filium quippe dicimus
 deum de deo. patrem autem deum tantum.
 non de deo. Unde manifestum est quod fi-
 lius habeat aliunde quo sit et cui filius
 sit. pater non filium de quo sit habeat.
 sed tantum cui pater sit. Omnis enim filius
 de patre est. quod est. et patri filius est.
 Nullus autem pater de filio est. quod est. sed
 filio pater est. Quedam itaque ita ponunt
 in scripturis de patre et filio ut indicent
 unitatem equalitatemque substantie. sicut
 est. ego et pater unum sumus. et cum in
 forma dei esse non rapinam arbitratus est
 esse equalis deo. et quecumque talia sunt.
 Quedam vero ita ut minorem ostendant
 filium propter formam servi. id est propter assump-
 tam creaturam mutabilis humaneque sub-
 stantie. sicut est quod ait. quam pater maior
 me est. et pater non iudicat quemquam sed
 omne iudicium dedit filio. Nam paulo post